

~~512~~

105 23

REFLEXIO

Ab

Equite Polono & Amante Patriæ facta
supra Electionem Noui Règis,

1674.

pro Lotharingia Princeps Carolo.

E. XXVI. 154 - bez zájazd

82

(S)(F)(S) **(S)(F)(S)**

I quando augustissimæ Reipub. Nostræ sagaciter procedendum est in noui Regis Inauguratione, tum vero imprimis exulceratisimis hinc temporibus, in id solerter prouideq; incumbendum est, vt illum suffragijs suis euchat, qui ciudem liuoribus oportunè mederi valcat. proinde indaganda nobis veniunt principia, quibus innixa Resp. ad summæ felicitatis ac gloriæ culmen prouecta fuit; vt eadem impræsentiarum in remedia illius restorationis assummantur; quæ olim fuerant exordia salutis.

Et imprimis quidem ex ipsis conuersionis nostræ incunabulis ab Orthodoxa Repub. Matre Nostra Sanctissimè obseruatum est, vt eos duntaxat fascibus Regalibus admoueret quos sciret veræ Romanæq; Religioni fore addictos, alios vero hac in parte suspectos, vt potè profanos aris sociisque suis longissime arceret.

Sapientissimè enim ex aliorum potentissimorum Regnorum obmutatam religionem interitu, tanquam ex antecedentibus, hæc deducit consequentia. Regnum suo stabili non posse consistere firmamento, si nutet fides, nec oleam reuirescere si superis perfidiâ insolente bellum indicatur sopitaq; incendia, dolosis fouecantur suscitenturq; cineribus.

Alterum est: Rempublicam nostram nunquam fore securam suæ conseruationis ac libertatis si electura sit Regem adeo potentem, qui pro libidine sua regat & imperet: aut alios subditos quibus amplius fidat, primæq; admissionis habeat: in nos vero perinde atq; in adoptiuos, minimeq; vterinos nouercali odio deseuiat. vel machinantis suis tam potens euadat, vt per intimos suos externorumque Nuntios eam dilaniare, & cum illius detimento se suaq; promouere polleat. Id etiam principium omnino nobis petendum, ac defendendum est, si Rempub. nostram vñanimem, fortunatam beatamq; reddere intendimus.

Tertium est: Salutem, incrementum, emolumenta Reipub nostræ non nisi in vniione membrorum cum capite fundata esse, indeq; neruos ac vitam mutuare: non fecus ac ex connexione totius corporis sanitas omnisq; decor illius resultat.

Vltimum est, Regno nostro perquam necessarium esse grauisimo

5.15.3

simo hoc rerum articulo, Regem per quam bellicosum, ac nero bel-
li supra ceteros præstantem quod itidem tam liquidum est, vt diem
præsentem negat, qui eidem contrauenerit.

Et hæc quidem sunt Laconica principia seu firmamenta, quibus
vniuersæ Reipub. salus incolumentisq; subsistit. Ex quibus inferendum
nobis est, quis qualisue ad clavum Reipub. nostræ moderandum pro
merito euchi valeat.

Quod me concernit nemini patrocinari cupio in eo suffragando
præterquam vniuersæ Reipub. laboranti, nostræq; inter Heroinas
Orbis vniuersi mille titulis dignissimæ ac depraedicandæ Reginæ Do-
minæ Dominae nostræ clementissimæ.

Verum quem inde parem tanto oneri, quem hinc dignum tanta
felicitate judicabimus, præterquam celeberrimum illum Herocem quæ
prioribus Electoralibus nostris Comitijs supra ceteros Corriuales ac
Competitores calculotum suffragijs extulimus, animosq; ac pectora
integra fide maiori ex parte deuinximus: Ethic est SERENISSI-
MVS PRINCEPS LOTHARINGICVS quem non tam natuvis
coloribus exornare, quam rudi penicillo lymphatisq; lineamentis
adumbrare in Iliade contendit. Quod si caligantibus oculis ad Ar-
chetypum ipsum minus accessio, pictores tyrones imitabor, qui
operi suo nomen apponunt, quo nullo negotio elucescit quidquid
repræsentare est in animo. Sub rudibus tamen lineamentis ea vir-
tutis imago adumbrabitur, ex qua liquido appareat me non vulgaris
notæ Principem vobis proponere voluisse. Illi qui meliorem illius
notitiam contraxerunt defectus meos & parerga supplebunt, quos
conitat pictura meæ nihilum detracturos, plurimum vero perfecti-
onis decorisq; addituros.

Obseruatum id nouissima electione à sagacioribus Reipub. Pa-
tribus (quod in dies magis elucescit) præfatum Principem tanto pol-
lere ingenio, vt merito sit admirationi; eo tenore functiones suas
exequi, vt sole clarus appareat, à genio aliquo superioris ordinis
gubernari: cù prudentiâ inter secunda & aduersa incedere vt nun-
quam & nusquam ceperit, aut hallucinatus esse auditus sit. Tam
vero ubiq; sibi præsens est, vt nulli inopinati euentus eū exasperent;
tam bafil. cè seipsum gubernat, vt solo incessu singularis præroga-
tiue Princeps pateat: tam humanus & affabilis perhibetur, vt gra-
tia in eo sedē fixisse credantur: tam liberalis ac magnificus in bene me-

ritos existit, ut nemo vñquam iure contra illum conqueri ausus sit.
Et vt compendio sermonis complectar, sine ullo tamen veritatis dispendio (m̄ re eorum qui errorum fictus breui tabula comprehendunt) omnibus heroicarum virtutum prerogatiis quae diuinè Regem orthodoxum commendare possent. Ita emicat, ut nonnisi inuidus Momi aut lusci oculus cristi sua Rhadamantha næuum ali quem effingere polleat. Hec aliaque decora liquidius innoteſeſeneſi ad ſuppoſita principia tanquam ad limam examinentur, aut ex iſidem corollarijs deductis inferantur.

Primum itaq; erat vera basis Regnorū omnium ac cardo qua nititur Reip. nostræ ianus, ac sanctitas est intemerata Religio Catholica, toties sanguine nostro rigata, ſepius acinacibus nostris fortissime propugnata. Quem vero ad illius defensionem ac incrementum ē tanto Candidatorum albo saniore consilio subrogabimus, quam præfatum Principem auita Religione ac in Superos pietate commendatissimum. An arbitramini alio diuorum fauore hunc Principem in hæc ſecula reſeruatum & Reipub. nostræ in grande felicitatis pignus destinatum, quam vt glorioſiſiſimis trophæis feliciſiſimisq; fuorum Maiorum Godefridi Bullionij aliorumq; ſuccedentium auipiejs, Solymeum poſtilimino thronum obtineat immortaleſq; Reip. nostræ pariat triumphos. Eō illum euocant manes patrij Othomanica impietate ibidem inquietati, cō ſanguinea fluenta ē fortiſiſimis Christi Pugilum pectoribus deducta, cō diuiniflormis ille ſeruatoris nostri crux qui multo efficacius innocentē Abel, identidem intonat, vindicate, vindicate. Audiet ille threnos hosce vindicabitq; Super um (vti non ambigo) auipiejs prouectus; dummodo pari auiu & pietate, pari in Superos fide & cultu, pari Religione & promptitudine praecuntē sequamur.

At vero quoſcunq; alios Competitores illius nominaueritis non Orthodoxos ſed Orcodoxos inuenieritis. Canunt illi quidem palinodiam perfidiæ ſuę, at infusa peruetſæ mentis axiomata ex integro unquam anathemate ferient. Virus enim ſemel intimis potatum præcordijs, non uno ejicitur ſingulu. Tenacissime hæret quod ruditibus annis perceperimus. Regionem plerumq; non religionem, pulum non animum mutant, caſtigant ad omnem pietatis normam exterius errores ſuos; interius vero idolis litant: ſacra adyta pleium que frequentant ut aranciarum genio aconita ſorbeant.

Præf.

Præserune clementio otis filo sanctimoniam aliquam ut tanto com-
medius idololatriæ sua cultum promoueant. Plantabunt sub tali te-
gmine vnius anni ambitu repres, quæ pluribus lustris à sedulis vigi-
lantissimis Patriæ cultoribus extirpari nequibunt. Noui ego quam
vigilans hydra sit Calvinismus ut capita sua propaget, ut venena dis-
fundat, ut fatus suos promoueat. Ad cuius partes si accesserimus in
primis Reipub. principijs grauissime impingemus.

Alterum est conseruatio Liberiatis in integro: ne videlicet Tyr-
ranide opprimatur Rsp. & aliarum gentium calamitatem in caput
suum inuchat. Quod fieri potest vel per priuatas machinationes &
societas clandestinas cum alijs Principibus, vel per propriam ipso-
rum potentiam. Et iam à Leonibus Balthicis, equitanteq; Nympha
id subuerteri Rsp. posset, minimè verò à decantatissimo Candida-
to nostro. Si quæ enim Machinamenta & coniunctiones armorum
timenda sunt; illæ certæ cum Gallia, Succiæ Brandenburgico Imper-
atore vel alio Imperij Principe contraherentur.

Verum meus Candidatus nequit amicitiam periculosam cum Gal-
lia, prout constat contrahere, nec villam habere ligam (ut vocant)
cum Sueco aut Brandenburgico, nec controuersijs villis aut foederibus
cum alijs Principibus externis illigatus existit. Estimat ille ipsorum
merita, quod est Iustitiae; conatur illis sua obsequia deferre, quod est
humanitatis ac urbanitatis apud ipsum indispensabilis; offert illis su-
am amicitiam, ut reciprocè talis exhibeat. Copias militares con-
tra capitalissimum Christianæ fidei hostem eduxit, ut pateret orbi
hunc vnum esse quem odijs suis impeteret, in quem belli bilem effun-
deret. Itaq; hoc vnum de eo dici potest, quod cum omnibus (uno
duntaxat capitalissimo hoste exempto) apprimè consentiat, tanquam
cum amicis & vicinis sinceris non ut Dominis suis,

Nec cum ipso Augustissimo Imperatore aliam communionem
aut vunionem habere exoptat, præter illam quam temperambuit Res-
pub. nostra, & per occasionem Matrimonij contracti cum Sanctæ me-
morie Serenissimo Rege defuncto confirmauit: ad quam stabilien-
dam non facile capaciorem illo inueniemus.

Quisquis vero ab hac, cum Augustissima domo, vnone Rem-
publicam sequestrare meditatur, is profecto vel liuore, vel etiam men-
te captus est. Cum enim omni ex parte hostibus infestemur vnum
nobis restat asylum Imperium, quo nos securè recipiamus. Cum

mole nimia rebellium ac perduellium opprimimur ab hac aquila subleuamur. Cum aliae prægnantes vrgent nccesitates, ab astro hoc subsidia ac remedia erogamus. Ita vt nunquam ab ea infestati plerumq; consilio & auxilio defensi simus. Profecto si sapimus in id potius incumbendum nobis est vt omnem omnino cum eadem domo communionem armorum incamus; vnu sit nostrum hostis, in quem Polona Germanaq; conspirent pectora. Tum demum non modo viciniis nostris sed & orbi vniuerso formidandi existemus,

Cæterum Rempubl. nostram prædictus Princeps his omnibus amicitijs multo cariorem habebit, vtpotè cui soli inaugurationem suam & diadema in acceptis referet. Dementiam sapit iuspicari alterum velle subesse, cum præesse valeat, in regno libero malle famulari imperio, externa commoda priuatis anteferre. Assolent equidem Principes liberi procorū geniū amulari, qui antequā maritentur sponsis varijs afficiuntur ac ancillantur; at vbi vni hymenecis vinculis adstricti sunt, actutum aliarum amoribus spretis suis gratijs adhærescunt illas forent prōmouent, defendunt. Spousa imo vxor primæ electionis culueus Principis regnum est, cum quo posteaquam contraxit, impossibile est ut alienæ afficiatur. Itaq; filii omnino timendum est, ne forte protectionē aliorum suscipiat aut in detrimentum nostrum extrancos inducat.

Suppetiæ vero quas ex Lotharingia & à Serenissimo Patruo suo ad subueniendum Reipubl. percipere poterit, maximo eidem futuræ sunt emolumento. Reditus enim illius anni adæquant sumptus necessarij maximi Principis: quos ille liberrimæ Reipubl. nostræ incrementis illiq; fideliter sincereq; famulantibus deuouet. Idecq; ex hoc ipso principio suffragia nostra meretur, demerenturq; illi, quos quos constat non tam regnare, quam Tyranidem in sibi subiectas ditiones exercere.

Tertio principio edocemur salutem incolumentemq; Reipubl. in viaione subditorum cum Princeps consistere. Hanc profecto arctissimam in Serenissimo Lotharingia Dynastæ cum Republ. ominari fas est. Siquidem reuera Princeps est, ea humanitate & gratia, ijsq; virtutibus exornatus, vt violentiâ quadam animos aliorum in sui amore attrahat, sibiq; arctissimè deuinciat. Nolim tamen hinc evincere, quod solus ille sit atq; vnius, qui affectum Reipubl. promereatur, multoq; minus commendationis illius argumenta, in alterius vilpen-

5155

l'ipensionis firmamento collocare. Suppono enim plures atlos excellētissimis virtutibus atq; animi dotibus, exornatos inueniri. Pono tamen: Esto quod hi habituri sunt zelum boni communis, curamq; paternam pro solatio & conseruatione Reipub. sint accurati in seruandis legibus, constantes in Reipub, honore defendēndo, incorrupti in administranda iustitia, ac distribuenda mercede emerita. Sint tam animosi vt nec quieti, nec vitæ sue ob bonum publicum indulgeant quemadmodum hic Princeps existit. Supta hæc omnia inuenitur necessitas vna in eodem conseruandi erga subditos & electores suos singularem affectum, nec dispensandi eundem in exteris. Noscit enim optimè nobis solis fasces, & Diadema illud Imperatorū non tam frontibus quam pectoribus exemptum debitum. Ut vt enim virtutes ipsius Actorum & Promotorum officio fungantur, vt vt protectores illius zelus sit quo fertur amore Reipub. Nostræ: vt vt Paronymphus vox publica perinde ac p̄r̄eo clamet, nullum posse inueniri magis idoneum illo, ad regnandum quicunque se offrunt; maximum tamen pondus autoritati illius addet Reipub prudētia quæ vt Iudex illum p̄t̄ reliquis dignissimum iudicabit coq; titulo illum sibi plurimum deuiniet.

Ex parte vero nostra tanquam opus manuum nostrarum post Deum adorare ac complecti obstringemur: vt ea ratione causa felicitatis virtus ac alterius indissolubilitē efficiat Gordij nodum, quo in uincem constricti corpus integrum sanguinem ac incolorem subsistat.

Quatum deniq; erat Rege bellico nobis opus esse. Ex hoc capite merito calculum meum subrahemic Scenissimo Principi Candidato, nisi iudicio hominum prudentium, nostrorum æquè ac exterritorum liquidum foret, singulatis ipsius in arena militari dexteritas, Martiaque virtus, Non literis ille vt pleriq; ad hanc scientiæ & experientiæ sublimitatem cvasit; sed rebus præclare ac fortiter gestis Audiui & audiuisse gestio, illum omni inconfictu non terga, quo alios metus aut sanguis collocat; respexisse, sed frontem; non prælia vidisse sed tractasse, laureas non participasse ab alijs, sed sua dextera præcidisse. Audiui inquam & audiuisse gestio; primum se per exitissim in congressu, ultimum in recessu, in rebus turbatis quietum, in conuulsis immotum, in desperatis erectum, in perditis nūquam non presentem sibi exitisse. Audiui plura alia quæ lubens prætereo, ne panegyrit potius quam consilium contexere videar;

Vos

Vos tandem ultimò compello Patres conscripti; date date vel ex omnibus vnum, qui huic non modo præferri, sed vel conferri valcat. Date & quoscunq; dederitis, vel trans Balthicum in obscuro sine nomine latentes, imbellesq; depræhendetis: Vel cœpundia vix exuisse, vel bella legisse non vidisse decernetis. Date alios, & si quos dederitis, vel de Religione suspectos, vel fœderibus externorum implitos, vel potestate tremendos inuenietis.

Date inquam quosquos volueritis & ab ijs minorem concordiam, minorem authoritatem, minora subsidia, expectare potestis. Non intendo hic singulorum Candidatorum hanc ad finem examinare qualitates: vos queso vni aut alteri illorum libellam hanc applicate. Conferre vos liberimæ mentis passibus ad circumfusas nationes, illasq; imprimis ad quas inclinat animus lustrate. Itc inquam in Bataviam & en sece vobis offerret, vnicarcius gētis gēmula Princeps ab Auto iniciatus, illoq; ex nomine ambendus: verum subsistite paululum & libratis iudicij decernite; num primo ex principio suffragari valeatis cuius genitorem constat, omni immanitate in Orthodoxos omni rabié in diuorum icones omni impieitate in sacra quævis desæuijusc. Num procul à stipite pomum hoc ecclidiisse arbitramini? Num ab ipsis Batavis promoueri potius quam eliminari creditis: Num ab eo alia Recipub. emolumenta, præter exiguos nummos, speranda veniunt, quibus nos mercatum non secum gloriabitur.

Progredimini exinde nisi vos vestigia careceresq; Casimiriani terrent, ad Galliz confinia, & vel pullos imbeciles, vel vnum canum decapularum & tot calculis olim reprobatum offendetis. Hem hunc ne è Libitina sciculo abstractum, regali throno præficiemus: & exaltato orbis nostri imo vniuersi delitio Helenam illius, ne dixeris Hecubam inuehemus! O prudentiam sic dicam vesaniam nostram. Ignoramus forsitan qua nam ova nobis aurea Gallina prior peperit ex quibus Cadmea dissidentium soboles vix non ad interitum Recipub. nata emersit? exciderunt vobis thesauri Nostri per illam eucti. ut caput in teles araneatum aliaq; parafarnalia per eam inuecta. Latet vero etiamnum gentem nostram summa cum ignominia publicis theatis in fibilum apud eos exhiberi, nec sere alio habitu præterquam Polono Histiones presentari. Quodq; nos exasperare in illos summopere debet illud minime postremum est, quod nec pīs manū

2958

bus Serenissimi Regis nostri defuncti parcitur, dum perinde ac secura vnuis in scenam ab ijs producitur. Quid dicam de praesenti cum porta Ottomanica internecio bello, quis facit admouit, quis suxias addidit, nisi liliu illud vere inter spinas, quod nescio quo exotico odore nos una cum orbe terrarum factionibus suis involuit, florere illud nescit nisi alorum calamitatibus fulciatur, alienis casibus firmetur, pereundum nobis est, ut illud sit saluum. dumq; iam cadere incipit per latus nostrum exurgere conatur. Itaq; non nobis sed illis hic suffragijs consultum imus? nec alia ab eodem subsidia praeter foeminae ominari possumus carentia. Quæ quam vera sint quilibet facile deprehendet; qui non ad priuatum commodum sed ad publicum & lani iudicij ac vulgaris autem trutinam vota sua expenderit.

Reuerterim itaq; in Marchiam ac Prusiam ibidemq; magnæ Aquilæ pullos non degeneres obseruate. Verum & in ijs quætopere vacillent principia nostra ex calculo confratris nostri Mazouitæ tanquam ex Lydio lapide nullo negotio coniucietis.

Totam deniq; Europam (ne prolixus sim) sagacimentiis obice oculo, & aliorum Martios spiritus atq; subsidia cum Candidato meo conferte; neminemq; si facinum oculis vestris detraxeritis ex illo capite digniorem dexteriorem habilioremq; decernetis. Innitendo itaque Maximis hisce prona animi voluntate in meam sententiam vos confratres meos successuros confido, quibus fides, pax, patria cordi est.

Nisi id forsan quispiam obtendat, Mahometanos ægræ laturos electionem istam; eo quod nunquam Christianis oris signa intulerint quin aliquem è Serenissima stirpe Lotharingica oppositum sibi inuenient. Hi duntaxat Electioni meæ reclamabunt, quod cum elegerimus qui vestigijs Maiorum suorum inhærendo à teneris cornua Lunaticorum istorum ferire perbellè didicimus. Credent enim eodem charactere fore resignitum, quo alij ex eadem familia, non tam annis quam victorijs inclitissimi.

Tandem ut compendio stringam quod pluribus hactenus dictum est, concludo: Si intendimus videre Regem in fronte exercitus, qui nunquam prælia gerat, quin ipse incoram administret, Lotharingus est. Si Codrum prodigum sui sanguinis exoptamus, Lotharingus est, si aspiramus ad solidæ concordiæ promotorem, ad magnanimum patræ protectorem ad communem omnium patrem Lotharingus est.

Huic

Huic si seruitia si sanguinem, si vitam polluebitis immenso cum
authoramento recipietis.

Meum itaq; consilium est, ut cum conformibus suffragijs Regem
nostrum decernatis. Idq; fixissimum teneatis, quicunq; huic inau-
gurationi contrauerterit, hunc vel proprio commodo, non utili-
tati Reipub. prospicere; vel certe minus integra fide patriæ patro-
cinari; cui ego fausta fortunataq; omnia cum noui anni auspicio;
tanquam sincerus ciudem ciuis candidissimo pectorē
vouco.

